

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus 1  
cum fonte primo

In hoc mundo cum nostris temptationibus nascimur;  
et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere,  
aliquando autem seductrix in malo.  
Si igitur ei plus quam debemus tribuimus,  
hostem nutrimus;  
et si necessitati eius que debemus non reddimus,  
ciuem necamus.  
Sacianda itaque est caro sed ad hoc usque  
ut in bono opere nobis sufficiat.  
Nam quisquis ei tantum tribuit  
ut superbiat, saciari penitus ignorat.  
Ars itaque magna est saciari  
ne unusquisque per satietatem carnis  
ad iniquitatem prorumpat turpitudinis.

Gregorius omelia VII. secunde partis Ezechieli.

Ex peccato etenim primi hominis, infirmante natura,  
in hoc mundo cum nostris temptationibus nascimur.  
Et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere,  
aliquando autem seductrix in malum.  
Si igitur ei plus quam debemus tribuimus,  
hostem nutrimus.  
Et si necessitati eius quae debemus non reddimus,  
ciuem necamus.  
Sacianda itaque est caro, sed ad hoc usque,  
ut in bono nobis opere famulari sufficiat.  
Nam quisquis ei tantum tribuit,  
ut superbiat, satiari penitus ignorat.  
Ars itaque magna est satiari,  
ne unusquisque per satietatem carnis  
ad iniquitatem prorumpat turpitudinis.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 2.7.19 (CCSL 142, M. Adriaen ed., pp.331-2, ll.574-583).